

17 WB 150, Kapsel (68)

Favor & Amor Noricus  
V I R O

Maximè Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo  
DOMINO

HEINRICO ARNOLDO  
STOCKFLETHO

Sereniss. March. Brandenburg. Beruth. Conc.  
Aul. it. Superioris Buggraviatus Norici, quoad  
tractum inferiorem, Superintendenti  
gravissimo, spectatissimo,

*De summis in THEOLOGIA honoribus*  
gratulabunda mente  
declaratus  
à

Fautoribus & Amicis.

---

Typis FELSECKERIANIS.

4.

Digitized by Google  
Digitized by Google



**P**ectoris acre Sophon, linguae facunda venu-  
itas,  
quodq; canis doctum, fauce rotante, melos;  
Mens animi sincera TUI, studioque tenaci  
cognita, divini res sacro sancta libri,  
Hæc TE Doctorem, Doctoris voce creabunt,  
Doctorem, insigni nominis elogio.  
Hæc Tubinga suis, vel cœlo, laudibus æquat,  
Hæc laudo, & numeris grator, AMICE,  
meis.

*Utque tam sanctæ Ephoriæ diutissime feliciter  
præsis tot Ecclesiarum æterno bono, toto  
pestore precor.*

DANIEL WÜLFER, Past. ad  
S. Laurent. & P. P.

**S**TOCKFLETHE, ut laudes, queis Te TUBINGA  
celebrat,  
Inspexi, & doctas Ingenii tabulas;  
Dixi: *Quem pridem, vectum pernicibus alis,*  
*Inseruit Clario Fama Benigna tholo;*  
*Hunc digné decorant summo DOCTORIS honore,*  
*Elogiisq; ornant pulpita sacra, Virum!*  
Quod superest, vires & vitam, proroget ultra  
Gratia, quâ flores, Numinis alma Tibi!

*Ita vovet, pro transmissis, nitidissimâ cumprimis  
Concione Inaugurali, deb. agens gratias*

MARTINUS BEER, ad Sp. S.  
Pastor & P. P.

**M**Agni Magna patrantibus parati  
olim sunt, hodieque sunt, HONORES!  
Magnos Magna TIBI patranti HONO-

RES.

adplausu celebri tulit TUBINGA!  
Magnis Magnus honoribus SACERDOS,  
imò THEILOGIÆ LICENTIATUS  
Multorum celebraris ore & aure!  
Hoc (ajunt) meruisse SCRIPTA docta;  
SERMONEM quoque; DISPUTATIONEM;  
& quas aure bibisse LECTIONES  
ac servasse novis juvat figuris.  
Cumque hoc unanimi loquantur ore;  
Cur TU Versiculos tamen requiris  
abs me planè inopi? LICENTIATE  
cessa! Vena negat, nihilque profert  
præter quod Veteres loqui solebant:  
VINO VENDIBILI HAUD OPUS VIDETUR  
SUSPENSA HAC HEDERA! satis coruscas!  
Hoc his crede novendecim Phaleucis,

*turbulenter fuis  
à*

Conrado Feuerlino,  
ad D. Mariæ Pastore.

Ω Μύσαι ! περούχειν υμᾶς δέ αἰεν ἐμποῖς,  
Οφει βίσ αγαθῆς διδαχῆς τ' ἀνυασμα γένηθε,  
Ποίμνιον δύσεβέον χειστής κατέλισα ἄγονες.  
Τάττα πνόης ἄγιον θέτο υμᾶς ἀνδρεας ὁδηγεῖς,  
Κλητὸν ποιμάνειν ὄχλον Θεοῦ οὐψιδωάνε.  
Οὐ λύτρωστ' ιδίω ὁ Μεσίτης αἴματι χεισός.  
Αἷμα θεοῖο πόσον λύτρον ; λύτρωσις αἴματή.  
Ταῦτα μεραρχὸς ΣΤΟΚΦΛΕΤΤΟΣ ἐπίσκοπος εἶη !

Εὐφημίας ἔνεκεν ἔγρ.

Andreas Unglenkius,  
Pastor ad D. Jacobi.

---

**A** Thera transcendit virtus ceu victima  
Abelis,  
Flammea STOCKLETHI mens petit  
alta poli.

Macte VIR ! ut quondam, sic nunc holocausta  
per aras,

Continua in templis plurima ferre DEO !  
Nec dubites, quin sint Tua munera grata Jehovæ,  
grata velut sancti victima Abelis erat.

Magnanimus Princeps DOCTOREM STOCKEETH  
amabit,

DOCTOREM STOCKELTH posteritasque canet !

*sic optat*

ANDREAS MÜHLDOFFER,  
ad D. Aegidi Pastor.

Quos

**Q**uos STOCKFLETHE Tibi Numen cumulavit Honores;  
Inter & Eximios sic facit esse Viros:  
Qvalem & THEOLOGI DOCTORIS Nomine tandem  
Conspicuum Nobis Eusebie Ipsa dabit;  
Eminus hos hilari Genio, votisque secundis,  
Talia dicentes, undique prosequimur:  
**DET DEUS, AFFLICTAE HIN CECCLESIAE** ab-  
undè resurgat

Prosperitas, Largo & Fœnore Dîa SALUS!  
Atque Huic TE pariter seros conservet in annos,  
Tot Clarum ingenui Dotibus Ingenii!

*Votum.*

M. Pauli Weberi, Eccl. Patriæ  
ad Div. Seb. Diac.

---

**E**st ita: STOCKFLETHUS felici sidere natus,  
Serena fata quem sequuntur perpetim.  
*Principibus Summis* placuit STOCKFLETHUS,  
& ipsum

TUBINGA maestavit decore maximô.  
Insuper officii sacri crescunt quoque honores:  
Ecclesiæ sic commodum crescat simul!  
Hoc precor ex animo: celsi Moderator Olympi  
Aures benignas præbeat voto meo!

*Ea test παραχεῖμα,  
aliis distictus negotiis,  
fundebat*  
**M. Johannes Held/**  
V. D. M. in Æde Parochiali Laurentianâ.  
*In-*

**I**Nscende lætus, VIR Colende, splendidum  
Sacri ordinis nostri DECUS! Sacrarium:  
\* Campana, quæ cum laude dudum Altdorphii  
sonuit, Tubingam TE vocat: Fausto i pede,  
mitramque prensa, quæ supremis fulgida  
cingit comam DOCTORIS enthei honoribus,  
redemta nec prece flebili, nec sordido  
precio, oppidatim corrogato forsitan;  
sed eruditione parta, Zoilis  
STOCKFLETHE mi! Tuis inexpugnabili.  
\*\* Nil extimesce Fraticidæ iram impii;  
Abele cæde cum pio sed victimam  
laudis DEO optimo, bono qui Ecclesiæ  
TE servet annos plurimos salvum, appreco

\* Allus. ad elegantiss. Dn. LICENTIATI Tradatum de  
Campanarum usu, Altd. 1665.

\*\* ad Disp. inaug. de Sacrificio Caini & Abeli, Tub. A. 1678.  
*opus doctu[m] ad[m]onitio[n]em*

Joh. Jac. Eberlinus, Diac. Laur.

**I**ngenii vis alta Tui est, doctrinaque compar  
Ingenio, & meritos pridem sortirishonores  
Ex utriusque bono. Genitabilis aura favoris,  
Quâ, STOCKFLEHTE, tuos PRINCEPS FORTISSIMUS ausus  
Excitat, & laudis veræ numerosus acervus,  
Quo fidei TUBINGA Ratæ nutricula tanto  
Assurgit, factoque suum testatur amorem,  
Sunt ea, quæ Votis gratans ac omine certo  
Prosequor, ut pulso vultum mœrore serenem.  
Vive tibi, STOCKFLEHTE, diu, Dominique superstess  
Vive gregi, Titulis longum fruiturus honorum.  
Amplifica mandras, & pulchra procœmia famæ  
Altius ædifica, quam quo contingere tela  
Invidiæ valeant. Pugna pro dogmate puro  
Constanter, cœli seroque capesse coronam,  
Ut data TUBINGÆ præludant gaudia cœlo.

*Novis Fautoris & Amici honoratissimi  
honoris applaudit*

**Johannes Georgius Gassmann,**  
V. D. M. in Xenodochio & ad D. Cath.

**T**E cultus verus comitatur Numinis almi,  
Inq; Tuo splendent mirandæ pectore dotes,  
Candor adest, pietasque Tibi, Celeberrime  
STOCFLETH!

Quam modò dulcisonam formavit Suada loque-  
lam?

Ex dulci quoque sermo fluit Tibi melleus ore.  
Hinc est, quod PRINCEPS, quod te miretur & ætas.  
Dignus eras igitur ornari laudibus amplis.  
Factum est; dum Superintendens nunc omnibus  
audis.

Hunc ego ritè recens-oblatum grator honorem,  
**MAGNE VIR**, ex voto cedat Tibi functio sacra.  
Optoque commissas, ut longum sospes in orbe,  
**Gramine oves semper cœlesti pascere possis.**

*Admod. Reverend. & Excellentiss.  
Dn. Superint. debiti honoris  
ergò f.*

**M. Christophorus Riederer /**  
Diac. Egid.

---

## A N E P I,

Μάλιστα Ἀιδεσίμω, Μεγαλειοπέτω, καὶ Ἐυδοξοπέτω,  
Ἐγείκω Ἀρνόλδω Στοκιβλήθω, Φίλω καὶ  
Σπεδατῆ ἀντὶ Μεγίσω, κλ. κλ.

χαιρεῖν!

Ἐυνοιαν Ἀρχόντων πειάπται δῶρα τεοῖο  
· οἱ .ά, Σοι, Ἐυπλάγχυς δώκε χόρουσια Θεῖ.

8:

Ἐς τόδε δύσαιμων τάχταις δώροισι κέχεησαι  
ὅ, τη δέον, πίτλῳ θυσφα τάχργα ύδαι.  
Χρῶ τάχταις, ὡς Ἀρχερεῦ ἐνδοξε! ἐς ἀνθις.  
ζῆθι Θεῶ, Πομπῇ, Σοὶ, καπασι τεῖσ!  
Οὐτως αἰεὶ ἐσῃ Θεῶ, ηδ' Ἀρχοντι, πεφοντις.  
Βαλόμενοι πόρρω Σε τέξεφεν, ηδ' τεσσ.

### Translatio Latina.

#### V I R O

Maximè Reverendo, Amplissimo atque Excellentissimo  
**Dn. HEINRICO ARNOLDO STOCK-**

F L E T H O, &c. &c.

Amico & Fautori suo Maximo,  
S. P. D.

**A**Uram Magnatum mentis tua dona merentur,  
Te quibus ornavit gratia summa DEI.  
His donis hucusque satis feliciter usus,  
quod munus, titulus, scriptaque docta probant.  
His, *Superintendens Excellens!* utere porrò:  
Vive DEO atque Duci! Vive Tibi atque Tuis!  
Sic, *Vir Magne!* DEO pergratus habeberis usque,  
atque Duci, qui Te porrò fovere velint.

Johannes Matthæus Nissel,  
P. M. & C.

---

#### POST-MISSA.

**E**sto : solius sit gloria summa Verendi  
Numinis, & soli sit tribuendus honos:  
Ast veluti Cœlo Sol aurea lumina spargens,  
atro structa solo splendidiora facit;  
Haut aliter grati radiis DEUS ornat honoris  
ipsum qui totis viribus usque colunt.

B

Pectora

Pectora quo studiosa DEI, discriminē distent  
illis qui toto Numinā corde negant.  
Ergo etiam fausto S T O C K F L E T H I vive beatus  
Quo TE cultorem mactat honore Polus!  
Si coluisse DEUM perfecto pectore perges;  
ut pergis: perget TE coluisse DEUS,  
Accipiesque olim cœlestia præmia; sacris  
quæ reddet studiis gratia Diva TUIS.

*Ita summis honoribus*

Pl. Reverendi & Excellentissimi  
Dn. S T O C K F L E T H I

*gratulabundus applaud. Lauff & Noricorum.*

M. Paul Martin Albertj, Pastor.

---

N Umquid moraris? fac citius pede  
scandas secundo, culmina gloriæ:  
captesque non latus, sacratis  
promeritos studiis honores.  
Vides, ocellis ut *Sapientia*  
*Divina* blandis annuat; altius  
tollaris: ostendatque sacram  
Laurigero capiti Tiaram.  
Paratus ergo tempora præmiis  
submitte dignis: & cape debitum  
justâ brabeum quod bilance,  
nunc Pietas tribuit Brabeutâ.  
Contemne tricos prorsus inutiles;  
Quas turba spargit nescia, devia;  
persuasa, cunctos lege Christi  
Christicolis titulos fugatos.  
Est ipsa casus si ferat obvius.  
repleta fastu; veste licet tegat  
motus superbos: & recenset  
ambitione tumens videri.

Procul

Procul faceant, hæ steriles quibus  
nugæ voluptas. Damnat ineptias,  
quas vana parturit cupidio  
immodici sitiens honoris.  
Vitæ Magister: non jubet improbus  
sprevisse laudes, quas genuit labor.  
quin & jubentem: *ascende amice*;  
obseqvio coluisse dignum.  
Hinc usque virtus queis peperit sua  
justos honores, puluere sordido  
sunt eruti rudis popelli;  
& meliore gradu locati:  
Insigne factum Christicolis piis  
albo lapillo condecorantibus:  
commotus ut livore Momus  
mortifero pereat dolore.  
Fruaris Ergo TU quoque prosperis  
AMICE fatis! ut radiis magis  
virtutis auctus, inter astra  
conde nitore caput perenni!  
Hæc summa voti: Concilium poli  
probet benignum pondere calculi  
feliori! vota cuncta  
Quo melior Colophon coronet.

*Ita*

*Integerrimi Fautoris novis bonoribus,*  
*monitus aggratulari voluit*  
**M. Christianus Pühringer/**  
Diac. Lauff.

**V**iderat Uranie STOCKFLETHUM nuper in altis.  
Neccariæ cathedris reddere verba scholæ.  
Postea Doctoris, totò speculante Lyceō,  
Sat validâ plenos arte probare modos.  
Deinde sacri coram cœtus dependere vultu  
Lance Mali damnum, lucra bilance Boni.


Pandere:

Pandere Scripturas, inquam: *pensare*, vocabat,  
Inde Blaben Hominis, Numinis inde Charim.  
Et quicquid tandem cunctæ tribuere sorores  
Pimpleæ, vedit promere *Diva Suum*.  
Omnia præclarè: doctâ duætrice Minervâ;  
Ingenii mirâ jūdicii quæ fide.  
Atque tibi propriâ quâdam dulcedine, quâ sic  
Nelcio quod pectus non facit Ille suum.  
Neccarus id Neætar cupidè næ linxit; & illinc  
Gratanti Pindus carmine testis adest.  
Nunc, quos invidiæ livor malè vexat iniquæ,  
Spernere qui, quæ non vestra, soletis, *ait*:  
Dicite, fastosis temere quid ringere labris,  
Quidve meæ causæ bella movere juvat?  
*Hunc* mihi præ multis unum quòd sorte dicârim,  
Non cœcâ; multis carius eja caput.  
Insuper &, quantò potui splendore benigni  
Muneris & famæ, condecorâsse *Meum*.  
Nec meta est. Meritis tandem, quò Vesper & ortus  
Laude vehant amplâ, verberet astra suis.  
Nate, mei amores, *pergit*, mea magna voluptas,  
Macte vigorosò pectore, macte piô.  
*Tibia* per Scutum nomen Tibi Nobile signat;  
In *Tibia* summi nomen Honoris habet.  
Inde *tubis* Te castra canant, Heliconia *tibIs*  
Otia; quin *Tiberis* concinat ipse sacer.  
PRINCIPIBUS placuisse sciens, placuisse DEOque,  
Entheus & princeps Vir mereâre cluas.

*Summis AMICI MAGNI honoribus*  
applaudens cecin.

Johan. Gipfer,  
t. t. Eccl. Hiltpoltstein. ad Sm, Helenæ,  
in Noric. Diac.

... ) o ( ...



AWB 150, Kapsel (68)

Favor & Amor Noricus  
V I R O

Maxime Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo  
D O M I N O

HEINRICO ARNOLDO  
STOCKFLETHO

Sereniss. March. Brandenburg. Beruth. Conc.  
Aul. it. Superioris Buggraviatus Norici, quoad  
tractum inferiorem, Superintendenti  
gravissimo, spectatissimo,

De summis in THEOLOGIA honoribus  
gratulabunda mente  
declaratus  
à

Fautoribus & Amicis.

Typis FELSECKERIANIS.

4.